# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.

Fasciculus 32.

Pages 1306-1337.

## Dominica in octavis pasche.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorien Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1, 2010.
Revised October 2011.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2010.

# [Dominica in octavis pasche.]

1. 𝔄. ◖ Dominica 1. post pascha que dicitur in albis minus duplex, totum servitium fiat de dominica. Ad 1. vesperas fiat processio ante crucem sine cruce ; ad matutinas fiat memoria de resurrectione et missa de resurrectione et nulla memoria de dominica.
*[132v.]* Ad 2. vesperas fiat solennis memoria de S. Richardo : cum pleno servitio in crastino et deinde fiat memoria solennis de resurrectione.

Feria 2. de sancto Richardo et memoria de resurrectione. 2. vesperas erunt de S. Ambrosio et memoria de sancto Richardo cum ant. *Lux perpetua.* major. XX. et de resurrectione.

Feria 3. de sancto Ambrosio, capitulum *Ecce Sacerdos.* xx.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus et missa dominicalia dicitur in capitulo in 2. feria.

Feria 5. de annunciatione et solennis memoria de resurrectione.

2. 𝔄. ◖ Dominica in albis, de dominica. Ad 1. vesperas et ad matutinas et ad missam ut supra 1. 𝔄.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 2. de feria cum ℟. de eadem feria, cum missa dominicali.

Feria 3. de S. Ambrosio, capitulum *Ecce Sacerdos.*

3. 𝔄. ◖ Dominica 1. post pascha ad 1. vesperas, ad matutinas et ad missam, ut supra.

Feria 3. 5. et sabbato, de commemorationibus.

Feria 2. et 6. de feria cum ℟. de 2. et 3. feriis et missa dominicalia dicitur in 2. feria.

4. 𝔄. ◖ Dominica 1. post pascha totum servitium fiat de dominica. Ad 1. vesperas et ad matutinas et ad missam ut supra ad 1. 𝔄. Ad 2. vesperas que erunt de S. Georgio, cum pleno servitio in crastino, fiat solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 3. de S. Marco. Ad 1. vesperas, que erunt de S. Marco, fiat solennis memoria de S. Georgio et de resurrectione.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus, et missa dominicalis dicitur in capitulo in 4. feria.

5. 𝔄. ◖ Dominica 1. post pascha ad 1. vesperas et ad matutinas et ad missam ut supra ad 1. 𝔄. 2. vespere erunt de festo apostolorum [Philippi et Jacobi][1] et solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus cum missa dominicali in 3. feria in capitulo.

Feria 4. de sancta cruce : ad matutinas memoria de martyribus [Alexandra Eventio et Theodulio][2] cum ant. *Lux perpetua.* minor. XX.

1. 𝔅. ℭ Dominica 1. post pascha ad 1. vesperas ad matutinas et ad missam ut supra ad 1. 𝔄. et festum S. Richardi differatur usque in 3. feriam. 2. vespere in dominica erunt de S. Ambrosio et solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. de annunciatione et solennis memoria de resurrectione, et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria.

2. 𝔅. ℭ Dominica 1. post pascha ad 1. vesperas, matutinas et ad missam ut supra ad 1. 𝔄.

Feria 2. de feria cum ℟. ejusdem ferie, cum missa dominicali.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de S. Ambrosio.

3. 𝔅. ℭ Dominica 1. post pascha ut supra.

Feria 4. 5. et 6. de commemorationibus.

Feria 2. de feria cum ℟. ejusdem ferie et cum missa dominicali.

4. 𝔅. ℭ Dominica 1. post pascha patet. 2. vespere erunt de S. Marco et solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 4. de S. Georgio.

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus cum missa dominicali in capitulo in 3. feria.

5. 𝔅. ℭ Dominica 1. post pascha patet et festum apostolorum [Philippi et Jacobi][3] differatur usque in crastinum. 2. vesperas erunt de apostolis et solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 2. de apostolis et solennis memoria de resurrectione. 2. vesperas erunt de S. cruce, et solennis memoria de apostolis [Philippi et Jacobi],[4] de martyribus [Alexandra Eventio et Theodulio],[5] et processio, sed nulla memoria de resurrectione.

Feria 3. de S. cruce et solennis memoria de martyribus [Alexandro Eventio et Theodulio][6] cum ant. *Lux perpetua.* minor. XX.

Feria 4. et 5. de commemoratione.

Sabbato de S. Johanne de Beverlaco, omnia de communi.

1. ℭ. ℭ Dominica 1. post pascha, que dicitur in albis patet : et festum S. Ambrosii

differatur in crastinum. 2. vespere erunt de S. Ambrosio et solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 5. de annunciatione et solennis memoria de resurrectione.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de feria cum ℟. de 2. feria et cum missa dominicali.

2. 𝕮. ℭ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. de feria cum ℟. ejusdem ferie et cum missa dominicali.

Feria 3. de S. Ambrosio, capitulum *Ecce sacerdos.* XX.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

3. 𝕮. ℭ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 3. de feria cum ℟. de 2. feria et cum missa dominicali.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.

4. 𝕮. ℭ Dominica 1. post pascha patet, et festum S. Marci differatur usque in crastinum. 2. vespere erunt de sancto Marco : et solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria.

5. 𝕮. ℭ Dominica 1. post pascha patet. 2. vespere erunt de sancta cruce : et solennis memoria de dominica et de martyribus [Alexandro Eventio et Theodulio],[7] et processio, et nulla memoria de resurrectione.

Feria 2. de cruce, et solennis memoria de martyribus [Alexandro Eventio et Theodulio][8] cum ant. *Lux perpetua.* minor. XX.

Feria 3. et sabbato de commemoratione.

Feria 4. de S. Georgio.

Feria 6. de S. Johanne de Beverlaco : omnia de communi. 2. vespere erunt de sancto [Johanni de Beverlaco][9] et solennis memoria de sancta Maria : cum ant. *Sub tuam.* XX. et de resurrectione cum missa dominicali in capitulo in 3. feria.

1. 𝕯. ℭ Dominica 1. post pascha que dicitur in albis patet.

Feria 3. de annunciatione et solennis memoria de resurrectione.

Feria 2. 4. et 5. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 2. feria.

Sabbato de S. Ambrosio, capitulum *Ecce Sacerdos.*

2. 𝕯. ℭ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. et 4. de feria, cum ℟. 2. et 3. feriarum cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de sancto Ambrosio, duplex festum.

3. D. ¶ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. de feria cum ℟. ejusdem ferie et cum missa dominicali.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. de S. Ambrosio, capitulum *Ecce sacerdos.*

4. D. ¶ Dominica 1. post pascha patet et nichil de S. Alphego.

Feria 2. de feria cum ℟. ejusdem ferie et cum missa dominicali.

Feria 3. 4. et 6. de commemorationibus.

5. D. ¶ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. 5. et sabbato de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 2. feria.

Feria 4. de S. Georgio, capitulum *Beatus vir qui in sapientia.* XX. Ad 1. vesperas fiat memoria de S. Vitale cum ant. *Lux perpetua.* major, et de resurrectione solenniter.

1. E. ¶ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de annunciatione et missa dominicalis dicitur in capitulo[10] in 2. feria.

Feria 5. de sancto Richardo. Ad vesperas sancti Ambrosii memoria de S. Richardo cum ant. *Lux perpetua.* major. XX.

Feria 6. de S. Ambrosio, capitulum *Ecce sacerdos.* XX.

2. E. ¶ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 3. de S. Ambrosio.

Feria 2. et 4. de feria cum ℟. de 2. et 3. feria et cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

3. E. ¶ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 3. de S. Ambrosio.

Feria 4. de feria cum ℟. de 2. feria et cum missa dominicali.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

4. E. ¶ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. de feria cum ℟. ejusdem ferie et cum missa dominicali.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

5. E. ¶ Dominica 1. post pascha patet. Ad 2. vesperas fiat solennis memoria de sancto Vitale et de resurrectione.

Feria 3. 4. et 6. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 2. feria.

1. 𝕱. ℂ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. de feria cum ℟. ejusdem ferie et cum missa dominicali.

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus.

2. 𝕱. ℂ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. et 4. de feria cum ℟. de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de S. Ambrosio, capitulum *Ecce sacerdos.* XX.

3. 𝕱. ℂ Dominica 1. post pascha patet : et nichil de martyribus [Tiburtio et Valeriano].[11]

Feria 2. de feria cum ℟. ejusdem ferie et cum missa dominicali.

Feria 3. de sancto Ambrosio, capitulum *Ecce sacerdos.* XX.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.

4. 𝕱. ℂ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. de feria[12] cum ℟. ejusdem ferie cum missa dominicali.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus.

5. 𝕱. ℂ Dominica 1. post pascha patet. Ad 2. vesperas fiat solennis memoria de S. Vitale et de resurrectione.

Feria 2. de S. Vitale, iij. lectionum cum regimine chori.

Feria 3. 5. et sabbato de commemoratiouibus cum missa dominicali in capitulo[13] in 3. feria.

1. 𝕲. ℂ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. 5. et sabbato de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 2. feria.

Feria 6. de annunciatione et solennis memoria de resurrectione.

Feria 4. de S. Ambrosio, capitulum *Ecce sacerdos.*

2. 𝕲. ℂ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. et 4. de feria cum ℟. de 2. et 3. feria et cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. de S. Ambrosio, capitulum *Ecce sacerdos.* XX.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

3. 𝕲. ℂ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. et 4. de feria cum ℟. de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. de S. Alphego. Invitatorium duplex sine regimine chori.

4. 𝕲. ℂ Dominica 1. post pascha patet. Secunde vespere erunt de sancto Georgio cum pleno servitio in crastino et solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria.

5. 𝕲. ℂ Dominica 1. post pascha patet.

Feria 2. de feria cum ℟. ejusdem ferie cum missa dominicali.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus.

# ¶ *Dominica in octavis pasche.*

## *Festum minus duplex.*

## *Ad primas vesperas.*

*Super psalmos antiphona.*

AS:247; 1519:230v; 1531:132v.

Ant. VI.



1328. AL-le-lú-ya* al-le-lú-ya al-le-lú-ya. *Ps.* Benedíctus. (*cxliij.* [350].)

*et ceteri psalmi feriales.*

*Capitulum. Rom. vj.* (: 9.)

CHristus resúrgens ex mórtuis jam non móritur : mors illi ultra non dominábitur : quod enim vivit, vivit Deo.

*Non dicitur responsorium.*

HS:45v; 1519:231r; 1531:132v.[14]

Hymn. III.



830063. CHo-rus no-ve Hie-rú-sa- lem, No- vam me-li dulcé-



di-nem : Pro-mat co-lens cum sóbri- is, Paschá-le fes-tum



[133r.] gáu- di- is. 2. Quo Chris-tus invíc-tus le- o, Dra- có-


ne surgens ób-ru-to : Dum vo-ce vi- va pérso-nat, A mor-
te functos éx- ci- tat. 3. Quam de-vo-rá-rat ímpro-bus,
Pre- dam re-fú-dit tár- ta-rus : Cap-ti-vi- ta- te lí-be-ra,
Je-sum sequún-tur ág- mi-na. 4. Tri- úmphat il-le spléndi-
de, Et dignus ampli-tú- di-ne : So- li po- lí-que pá-tri-
am, Unam fa-cit rem-púb-li-cam. 5. Ip-sum ca-néndo súp-
pli-ces, Re- gem pre-cémur mí- li-tes : Ut in su- o cla-
ríssimo, Nos órdi-net pa- lá- ti- o. 6. Per se-cla me-te



nésci- a, Pa- tri suprémo gló- ri- a : Ho-nórque sit cum



Fí-li- o, Et Spí-ri-tu Pa-rá- cli- to. Amen.

℣. Mane nobíscum, Dómine.

℟. Quóniam advesperáscit et inclináta est jam dies allelúya.

*Hic ordo servetur omni die sabbati ad vesperas usque ad ascensionem Domini, scilicet de antiphona super psalmum et de capitulo et hymnum, et de versu quando de dominica agitur.*

AS:247; 1519:231r; 1531:133r.

5075. Ant. VIII.i.



SUrgens * Je-sus ma-ne prima sabbá-ti, appá-ru- it



pri-mo Ma- rí- e Magda-lé-ne : de qua e-jé-ce-rat septem



demó-ni- a : al- le-lú-ya. *Ps.* Magníficat. 61*.

*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus : ut qui festa paschália[15] perégimus, hec te largiénte móribus et vita teneámus. Per Dóminum.

*Processio jam non fiat ad fontes cum oleo et chrismate sicut in precedentibus diebus : sed tantum ante crucem cum ceroferariis et thuribulariis in albis : et puero ferente librum ante sacerdotem in superpellicio et sine cruce : cantando [ad processionam]*[16] *antiphonam* Christus resúrgens. 1228. *rectoribus chori simul incipientibus. Duo clerici de superiori gradu ante introitum chori : in superpelliciis ad clerum conversi : hac die et in proxima dominica ante ascensionem Domini : simul cantent versum* Dicant nunc. 1229. *Similiter fiat in festis duplicibus in dominicis contingentibus vel in sabbatis. Mediis autem diebus dominicis, a duobus de ij. forma dicitur, loco et habitu predicto. Deinde dicat sacerdos post thurificationem crucifixi*

*℣.* Dícite in natiónibus. 1258.

*Oratio.* Deus qui pro nobis Fílium tuum. 1258.

*In introitu chori de sancta Maria dicatur antiphona* Alma Redemptóris. 1706. *Quere in die pasche ad secundas vesperas. Et finiatur cum* Allelúya.

*℣.* Sancta Dei génitrix. 1258.

*Oratio.* Grátiam tuam quésumus. 1258.

*Et hoc in sabbatis omnium dominicarum observetur ad vesperas vel in procedendo et introeundo chorum usque ad ascensionem Domini sive de dominica sive de festis sanctorum cum regimine chori fit servitium, sive de festis duplicibus, nisi in inventione sancte crucis ad utrasque vesperas, quod si in sabbato contigerit, tunc nulla fiat processio ad secundas vesperas que erunt de cruce.*

## ℂ *Ad completorium.*

*Omnia fiant ut in psalterio prenotantur.* [386].

[17]*[℣.* Convérte nos Deus salutáris noster.

*℟.* Et avérte iram. [▯59].

AS:248; 1519:231v; 1531-P:45v.



1329.



*Ps.* Cum invocárem. (iv.)

*Ps.* In te Dómine sperávi. (*xxx.*) [360].

*Ps.* Qui hábitat. (*xc.*) [361].

*Ps.* Ecce nunc. (*cxxxiij.*) [361].

*Capitulum.* Tu in nobis es Dómine. [▯62].

1519:231v; HS:46v; 1531-P:45v.[18]

830179. Hymn. VIII.



IE- su salvá-tor sé-cu-li, Ver- bum Pa-tris al-tíssi-



mi : Lux lu-cis in-vi-sí-bi-lis, Custos tu-ó-rum pérvi-gil.



2. Tu fabri- cá-tor ómni- um, Discré-tor atque témpo-rum :



Fessa la-bó- re córpo-ra, Noctis qui- é-te récre- a.



3. Ut dum gra-vi in córpo-re, Bre-vi ma-né-mus témpo-re :



Sic ca-ro nos-tra dórmi- at, Ut mens in Christo ví-gi-let.



4. Te depre-cámur súppli-ces, Ut nos ab hos-te lí-be-res :



Ne vá-le-at se-dú-ce-re, Tu-o re-démptos sángui-ne.

*In fine hujus hymni dicitur.*



5. Qué-sumus Auctor ómni- um, In hoc paschá- li gáudi- o :



Ab omni mor- tis ímpe-tu, Tu- um de-fénde pópu-lum.



6. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne Qui surre-xís-ti a mórtu- is :



Cum Patre et Sanc-to Spí-ri-tu, In sempi-térna sé-cu-la.



A- men.

*Isti duo versus dicantur in fine omnium hymnorum ejusdem metri usque ad ascensionem Domini, nisi in hymno* Chorus nove. *et in hymno* Impléta sunt. *videlicet in festo sancte crucis et quemcunque fiet servitium de sancta Maria.*

℣. Custódi nos Dómine. [65].

AS:248; 1519:231v; 1531-P:45v.[19]

1352.




*Preces et cetera que ad completorium pertinent : more duplicis festi expleantur.* [98].

*Hoc completorium non mutatur usque ad ascensionem Domini de quocunque fit servitium : nisi quando dicitur de sancta Maria ut predictum est : [tunc enim dicitur in fine hymni [versus]* Quésumus auctor ómnium. *cum ℣.* Glória tibi Dómine qui natus. [389.]*]*[20]

*Ita tamen quod antiphona super psalmos dicitur usque ad festum Sancte Trinitatis.*

## ℭ *Ad matutinas.*

AS:248; 1519:232r; 1531:133r.

1035.




*Hoc invitatorium dicitur singulis dominicis usque ad ascensionem Domini quando de dominica agitur.*

HS:47v; 1519:232r; 1531:133r.

Hymn.
V.




8271




*Isti duo ultimi versus dicantur in fine omnium hymnorum ejusdem metri : usque ad ascensionem Domini : de quocunque fit servitium nisi in hymno* Chorus nove Hierúsalem. *et in hymno* Impléta sunt que cóncinit. *videlicet in inventione sancte crucis, et quando fit plenum servitium de sancta Maria : tunc enim dicitur post versum* Quésumus auctor. *versus* Glória tibi Dómine, Qui natus es de vírgine. XX.

*Ant.* Ego sum. *et alie antiphone cum suis psalmis ut in die pasche [dicatur].*[21] 1231.
℣. Resurréxit Dóminus. 1232.

*[Evangelium]*[22] *Secundum Johannem, xx.* (19-31.) *[Lectio j.]*

*[133v.]*



IN illo témpore : Cum esset sero die illo una sabbatórum et fores essent clause, ubi erant discípuli congregáti propter metum Judeórum : venit Jesus, et stetit in médio eórum, et dixit eis, Pax vobis. Et relíqua.

*Omelia beati Gregorii pape.* (*xxvj.*)[23]

PRima lectiónis hujus evangélie quéstio ánimum pulsat : quómodo post resurrectiónem corpus Domínicum verum fuit, quod clausis jánuis ad discípulos ingrédi pótuit. Sed sciéndum nobis est quod divína operátio si ratióne comprehénditur : non est admirábilis. Nec fides habet méritum : cui humána rátio prebet experiméntum. Sed hec ipsa Redemptóris nostri ópera que ex semetípsis comprehéndi nequáquam possunt : ex ália ejus operatióne pensánda sunt : ut rebus mirabílibus fidem prébeant facta mirabilióra. Illud enim corpus Dómini intrávit ad discípulos jánuis clausis : quod vidélicet ad humános óculos per nativitátem suam : clause éxiit útero vírginis. Tu autem.

*Responsoria sicut in die pasche dicuntur.* 1234.

*Lectio ij.*

QUid ergo mirim si post resurrectiónem suam clausis jánuis in etérnum jam victúrus intrávit : qui moritúrus véniens non apérto útero vírginis exívit ? Sed quia ad illud corpus quod vidéri póterat, fides intuéntium dubitábat : osténdit eis prótinus manus et latus. Palpándam carnem prébuit : quam jánuis clausis introdúxit. Qua in re duo mira et juxta humánam ratiónem sibi valde contrária osténdit : dum post resurrectiónem corpus suum et incorruptíbile et tamen palpábile demonstrávit. Nam et corrúmpi necésse est quod palpátur : et palpári non potest quod non corrúmpitur. Sed miro modo atque inestimábili Redémptor noster, et incorruptíbile post resurrectiónem, et palpábile corpus exhíbuit : ut monstrándo incorruptíbile invitáret ad prémium, prebéndo palpábile formáret ad fidem. Et incorruptíbilem se ergo et palpábilem demonstrávit : ut profécto esse post resurrectiónem suam

osténderet corpus suum : et éjusdem natúre et altérius glórie.

*Lectio iij.*

DIcit ergo eis, Pax vobis. Sicut misit me Pater : et ego mitto vos. Id est sicut misit me Pater Deus Deum : et ego mitto vos homo hómines. Pater Fílium misit : qui hunc pro redemptióne géneris humáni incarnári constítuit. Quem vidélicet in mundum veníre ad passiónem vóluit : sed tamen amávit Fílium quem ad passiónem misit. Eléctos vero discípulos Dóminus non ad mundi gáudia : sed sicut ipse missus est, ad passiónes in mundum mittit. Quia ergo et Fílius a Patre amátur, et tamen ad passiónem míttitur : ita et discípuli a Dómino amántur, qui tamen ad passiónem mittúntur in mundum. Itaque recte dícitur, Sicut misit me Pater : et ego mitto vos. Id est, ea vos charitáte díligo cum inter scándala persecutórum mitto : qua me charitáte Pater díligit, quem veníre ad tolerándas passiónes fecit. Quamvis mitti étiam juxta natúram Divinitátis possit intélligi. Eo enim ipso a Patre Fílius mitti dícitur : quo a Patre generátur. Nam Sanctum quoque Spíritum qui cum sit coequális Patri et Fílio, non tamen incarnátus est : idem Fílius míttere se pérhibet, dicens, Cum vénerit Paráclytus quem ego mittam vobis a Patre. Tu autem.

## *Ante laudes.*

℣. In resurrectióne tua Christe. 1238.

## ℂ *In laudibus.*

*Ant.* Angelus autem. 1238.

*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.* [49.]) *et alie antiphone cum suis psalmis sicut in die pasche dicuntur. Require predictam antiphonam in die pasche ad laudes.*

*Capitulum.* (1. *Joh. v.* : 4.)

OMne quod natum est ex Deo vincit mundum : et hec est victória que vincit mundum, fides nostra.

HS:49r; 1519:232r; 1531:133v.

Hymn.
V.




8271e.



[134r.] 5. Osténsa si-bi vúlne-ra, In Chris-ti carne fúlgi-da :



Re-surrex-ísse Dómi-num, Vo-ce fa-téntur públi-ca.



6. Rex Christe clementíssime, Tu corda nostra póssi-de :



Ut ti-bi laudes dé-bi-tas, Reddámus omni témpo-re.



7. Qué-sumus auctor ómni- um, In hoc paschá-li gáudi- o :



Ab omni mortis ímpe-tu, Tu- um de-fénde pópu-lum.



8. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne, Qui surrex-ís-ti a mórtu- is : Cum



Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sé-cu-la. Amen.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro. 1240.

AS:248; 1519:232v; 1531:134r.[24]

Ant. I.v.




2002.

*Oratio.* Presta quésumus omnípotens Deus. 1314.

*Deinde fiat memoria de resurrectione cum hac antiphona* Et valde. 1240. *ut in die pasche.*

℣. Surréxit Dóminus vere. 1243.

*Oratio.* Deus qui per unigénitum tuum. 1241.

*Si in hac dominica, vel in proximo dominica ante ascensionem Domini simplex festum cum regimine chori evenerit differatur usque ad proximam feriam vacantem. Si vero festum duplex in proxima dominica ante ascensionem Domini evenerit : non differatur sed fiat servitium de festo*[25] *: et memoria de dominica et de resurrectione solenniter. Tamen si festum duplex in hac dominica videlicet octava pasche contigerit : semper differatur [in crastinum]*[26] *licet festum loci vel dedicationis ecclesice fuerit. Si autem in mediis dominicis quodcunque festum simplex cum regimine chori contigerit non differatur sed fiat servitium de festo [et fiat memoria de dominica].*[27]

## ℂ *Ad primam.*

[℣.] Deus in adjutórium. 2*.

*Hymnus.* Jam lucis. *cum nota de hymno* Chorus nove Hierúsalem. [80].

*Ant.* Angelus autem. 1238.

*Ps.* Deus in nómine. (*liij.* [97].)

*Ps.* Beáti immaculáti. (*cxviij.* 1. [98].)

*Ps.* Retríbue. (*cxviij.* 17. [99].)

*Ant.* Grátias tibi Deus. [101].

*Ps.* Quicúnque vult. *et finiatur predicta antiphona cum* Allelúya. *ut in psalterio.* [102].

*Capitulum.* Regi seculórum. [106].

AS:249; 1519-P:43r; 1531:134r.[28]

6276.

6276z.




*Et dicitur in secunda forma, ut supradictum est in psalterio. Iste versus* Qui surrexísti. *dicitur quotidie ad j. usque ad ascensionem Domini : nisi quando dicitur de sancta Maria.*

*Preces et cetera que ad primam pertinent expleantur more solito.* [113].

## ℭ *Ad iij.*

*Hymnus.* Nunc sancte nobis Spíritus. [130].

*Ant.* Et ecce terremótus. 1239.

*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33. [131].)

*Capitulum.* Omne quod natum est. 1322.

AS:249; 1519:232v; 1531:134r.




℣. Surréxit Dóminus vere.

℟. Et appáruit Symóni allelúya.

*Oratio ut supra.* 1314.

## *Ad vj.*

*Hymnus.* Rector potens. [138].

*Ant.* Erat autem. 1239.

*Ps.* Defécit in salutáre. (*cxviij.* 81. [141].)

*Capitulum.* (1. *Johan. v.* : 5.)

QUis est fratres qui vincit mundum nisi qui credit quóniam Jesus est Fílius Dei : hic est qui venit per aquam et sánguinem Jesus Christus.

AS:249; 1519:233r; 1531:134r.

7740. Resp. VI.




7740a.







℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno allelúya.

*Oratio ut supra.* 1314.

## ℂ *Ad ix.*

*Hymnus.* Rerum Deus. [147].

*Ant.* Pre timóre autem. 1240.

*Ps.* Mirabília. (*cxviij.* 129. [150]).

*Capitulum.* (1 *Johan. v.* : 8.)

Tres sunt qui testimónium dant in terra : spíritus, aqua, et sanguis.

AS:249; 1519:233r; 1531:134r.

7738. Resp. VI.






7738a.







℣. In resurrectióne tua Christe.

℟. Celi et terra leténtur allelúya.

*Oratio ut supra.* 1314.

## ℭ *Ad ij. vesperas.*

*Super psalmos dicitur [hec sola]*[29] *ant.* Allelúya. *iiij. sicut in vigilia pasche.*

AS:249; 1519:233r.

Ant. VII.v.




1329.



*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.* [306].)

*et ceteri psalmi dominicales.*

*Capitulum.* Omne quod natum. 1322.

*Non dicitur responsorium.*

*[Hic cantus dicatur in omnibus dominicis ad vesperas usque ad ascensionem Domini quando de dominica agitur super hymnum.]*[30]

HS:50r; 1519:233r; 1531:134r.[31]

8249.




5. O ve- re digna hósti- a, Per quam fracta sunt tárta-ra :
Re-démpta plebs cap-ti-vá-ta, Reddí-ta vi- te prémi- a.
6. Consúr- git Christus túmu-lo, Victor re-dit de bá-ratro :
Ty-ránnum tru- dens víncu-lo, Et ré-se-rans pa- ra-dí- sum.
7. Qué-su-mus auctor ómni- um, In hoc paschá- li gáudi- o :
Ab omni mor- tis ímpe-tu, Tu- um de-fén-de pópu- lum.
8. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne, Qui surrex-ís- ti a mórtu- is :
Cum Patre et Sanc-to Spí-ri-tu, In sempi-tér-na gló-ri- a.




*[Hic cantus dicatur in omnibus feriis ab octavis pasche usque ad ascensionem Domini super hunc hymnum.]*[32]

HS:51v; 1519:233v; 1531:134r.[33]

8249. Hymn. VIII.





4. Jam pascha nostrum Christus est, Qui immo-lá-tus agnus



est : Since-ri- tá-tis á-zima, Ca-ro e-jus ob-lá-ta est.



5. O ve-re digna hósti- a, Per quam fracta sunt tárta-ra :



Re-démpta plebs capti-vá-ta, Reddí- ta vi-te prémi- a.



6. Consúrgit Chris-tus túmu-lo, Victor re-dit de bá-ratro :



Ty-ránnum tru-dens víncu-lo, Et ré-se-rans pa-ra-dí-sum.



7. Qué-sumus auctor ómni- um, In hoc paschá-li gáudi- o :



Ab omni mortis ímpe-tu, Tu-um de-fénde pópu-lum.



8. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne, Qui sur-rex-ís-ti a mórtu- is :



Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi- térna sé-cu-la.



Amen.

*Versus* Mane nobíscum Dómine. 1314.

*Hic ordo hujus diei scilicet hymnorum et versiculorum ad omnes horas servetur quotidie usque ad ascensionem Domini : tam in feriis quam in dominicis : quando de temporali agitur.*

*Hec sequens antiphona incipiatur ab excellentiore persona.*

AS:249; 1519:233v; 1531:134r.

Ant. VIII.ii.



4326. POst di- es oc-to * já-nu- is clau-sis ingréssus Dómi-



nus et di-xit e- is, pax vo-bis al-le-lú-ya al-le-lú-ya.



*Ps.* Magníficat. 61*.

*Oratio.* Presta quésumus omnípotens Deus. *[ut supra].*[34] 1314.

*Memoria fiat de resurrectione cum antiphona* Et respiciéntes. 1247.
℣. Resurréxit Dóminus. 1232.
*Oratio.* Deus qui per Unigénitum tuum. 1241. *[134v.]*

*Ad has vesperas nulla [solet]*[35] *memoria fiat de festo sine regimine chori in crastino contingente.*

¶ *Et sciendum est quod predicte memorie de resurrectione ad matutinas et ad vesperas dicentur omnibus dominicis usque ad ascensionem Domini sive de dominica fit servitium sive de aliquo festo cum regimine chori nisi in inventione sancte crucis.*
*Si vero aliquod duplex festum in crastino octavarum pasche celebretur : secunde vespere in dominica erunt de festo et solennis memoria de dominica : et postea de resurrectione.*

*He sequentes antiphone dicantur per ebdomadam super psalmum* Benedíctus. *et* Magníficat. *cum repetitione earundem si necesse fuerit* : *quando de feria agitur tantum.*

AS:250; 1519:234r; 1531:134v.

Ant. VIII.i.

 4513.

QUi-a vi-dís-ti me * Thoma cre-di-dís-ti : be-á-ti qui



non vi-dé-runt et cre-di-dé-runt al-le-lú-ya. S.A.E.

AS:250; 1519:234r; 1531:134v.

Ant. VI.

 3828.

MUlta qui-dem * et á-li- a signa fe-cit Je-sus in con-



spéc-tu disci-pu-ló-rum su-ó-rum al-le-lú-ya, que non sunt



scrip- ta in libro hoc al-le-lú-ya. S.A.E.

AS:250; 1519:234r; 1531:134v.

Ant. VIII.i.

2993. 

HEc autem * scripta sunt, ut cre-dá- tis : qui- a Je-sus



est Fí-li- us De- i : et ut cre-dén- tes vi- tam ha-be-



á- tis in nómi-ne ipsí- us al-le-lú-ya. S.A.E.

*Sciendum est quod in omnibus festis sanctorum in quibus chorus regitur nisi in [festo][36] inventione sancte crucis tantum dicantur he sequentes antiphone solenniter ad memoriam de resurrectione ad vesperas et ad matutinas usque ad ascensionem Domini : nisi in dominicis ad utrasque vesperas et ad matutinas : licet festum loci vel dedicationis ecclesie infra tempus predictum contigerit. Et etiam sequentes antiphone dicuntur in commemoratione beate Marie et festi loci infra tempus predictum.*

*Ad utrasque vesperas.*

AS:250; 1519:234r; 1531:134v.[37]

Ant. IV.i.

5079. 

SUrré- xit Dó-mi-nus * de se-púlcro : qui pro no-bis



pe-péndit in lig-no al-le-lú-ya al-le-lú-ya al- le-lú- ya.

℣. Resurréxit Dóminus. 1232.

*Oratio.* Deus qui per Unigénitum. 1241.

*Ad matutinas cum hac antiphona.*

AS:250; 1519:234v; 1531:134v.[38]

Ant. VII.i.



CI-to e-úntes * dí-ci-te discí-pu-lis qui- a surré-xit 1813.



Dómi-nus al-le-lú-ya.

℣. Surréxit Dóminus vere. 1243.

*Oratio.* Deus qui per Unigénitum tuum. 1241.

## Notes, pages 1306-1337.

[1] SB:dcccxlix.
[2] SB:dcccxlix.
[3] SB:dcccxlix.
[4] SB:dcccxlix.
[5] SB:dcccxlix.
[6] SB:dcccli.
[7] SB:dcccli.
[8] SB:dcccli.
[9] SB:dcccli.
[10] 'in capitulum.' *Chevallon.* [SB:dcccliii.]
[11] SB:dcccliii.
[12] 'fest.' *Chevallon.* [SB:dccclv.]
[13] 'capitulum.' *Chevallon.* [SB:dccclv.]
[14] In stanza 3. 1519:231r. has 'predam refúgit'. In stanza 5. 1519:231r. begins 'Christum canéndo'. Note that in HS:45v. 'rempúblicam', 'palátio' and 'Paráclito' are set differently from the first verses. HS-1518:45v. is an exception in that 'rempúblicam' and 'Paráclito' are set as stanza 1.
[15] 'paschália festa', 1519:231r.
[16] 1519:231r.
[17] This order of compline, printed in1519:231v-232r. appears also in pp. [386]-[389].
[18] 1519:231v. has a liquescent near the end of stanza 1:




[19] 1519:231v. has no flat.
[20] 1519:232r.
[21] 1519:232r.
[22] 1519:232r.
[23] *Gregorii* in Evangelia, lib. II. Homil. xxvi, *Opera* i. 1552. [SB:dcccclx.] 1519:233r. indicates '*Omelia venerabilis Bede presbyteri*'.
[24] In 1519:232v. 'stetit' is set G.G. The *Vulgate has* ‘die illo’.
[25] 'de sancto', 1519:232v.
[26] 1519:232v.
[27] 1519:232v.
[28] 1531:134r. has '℟. Jesu Christe. *cum* Allelúya. *sicut in die natalis Domini.*'
[29] 1519:233r.
[30] 1519:233r.

[31] The 'Amen.' is taken from PHM:39.

[32] 1519:233v.

[33] The 'Amen.' is taken from PHM:40.

[34] 1519:233v.

[35] 1519:233v.

[36] 1519:234r.

[37] 1519:234r. indicates B≅ at 'nobis'. AS:250 indicates the psalm-tone IV.i. after the antiphon.

[38] 1531:134v. has 'discípulis ejus et Petro quia'. AS:250 indicates psalm-tone VII.i. after the antiphon.